Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-547679-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-547679-p0002-2

# I

P

Per qvos

Et

GEYIUS

Oc

Urbis H

Vi

Cujus o

Nu

Rumper

Et

Atropos

Ut

Non lic

Nu

Scilicet

Se

Nil Pie

A

Hinc ill

T

# NÆNIA
ſuper
## OBITUM
*Viri Clariſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimiq;*
# DN. ANDREÆ GEY,
## JCti Celeberrimi, Civitatisq; Torg. CONSULIS
Digniſſimi Meritiſſimiqve;
*Ipſo Exſeqviarum die, qvi erat 27. Januar. Anni Dionyſiani 1676.*
Conteſtandi affectus decantata
à
## PETRO-PAULLO NITZSCHKA,
PASTORE p. t. NEIDENSI.

PAngite triſte melos, Parnaſſia Numina Muſæ!
Plangite nunc Charites! Nænia mœſta ſonet!
Et meritò; qvis enim Caſus miſeratus acerbos
Non gemat, & lacrumis ora genasq; riget?
Dum Libitina Viros Magnos ſuſtollit, & orbat
Impia Conſiliis civica membra ſuis.
Per qvos Rempublicam Conſus ſucceſſibus auxit,
Et dedit ut crepero tempore haberet opem.
GEYIUS occubuit, qvo non præſtantior alter,
Occubuit Columen, Patria Torga, tuum!
Urbis Honoratæ toties qvo CONSULE faſces
Vidit lectorum Concio ſacra Patrum.
Cujus opem toties Reſpublica ſenſit apertè,
Nunc ſibi ſurreptum triſtis abeſſe dolet.
Rumpere Livor edax! Cordato pectore Ulyxes;
Et gravitate Cato, Neſtor ab ore FUIT.
Atropos ah! aliqvot noſtris demſiſſet ab annis,
Ut colus illius ſic reparata foret!
Non licuit; nocuêre VIRO crudelia Parcæ
Numina, nec cupidas abſtinuêre manus.
Scilicet hæc Fati ſeries, hic funeris ordo eſt;
Seriùs aut citiùs vivere Morta vetat.
Nil Pietas, nil cana Fides, nil Dædala Pallas
Adverſus rabiem, dum furit illa, poteſt.
Hinc illæ Lacrumæ! CONJUX pia pectora tundens
Triſtia defuncto CONJUGE fata gemit.
Ingemit ut Turtur ſublato Compare Caro,
Et pede turbatas non niſi potat aqvas.
Laudati GENERI moerentia pectora plangunt,
Cuilibet in curas area lata patet.
Cara ſui Proles Genitoris ſtamina deflet,
Stamina non ulli diſſoluenda modo.
Conſulis hos etiam Caſus Sacer Ordo Senatus,
Cumq; pio Clero Civica Turba dolet.
Parcite ſed lacrumis fuſis, qveruloq; dolori!
Manibus eſt ſanctis ſatq; ſuperq; datum.
Ille etenim VESTER, Celi novus incola factus
In Paradiſiacis Tempeſi lætus ovat.
Vita hîc tranſigitur nullis objecta procellis,
Expers Morbonæ, luctiferiq; mali.
Aſtrimicos inter Proceres, ſanctumq; Senatum
Longè terrenâ ſpe potiora capit.
Gaudia mille tenent animum: Spectator Olympi
Fit ſatur, ac avidus ſemper avet qvod habet.
Felices, qvibus hæc poſt triſtia funera dantur,
Ocia, ſidereæ nobile ſortis opus.
Sic Funus Foenus confert: ſic aſpera fata
Gaudia ſunt, & Mors Vita perennè veges.
CONSULIS intereà Manes SALVETE, VALETE
Æternùm, tumulo molliter oſſa cubent!

*TORGÆ,*
Typis JOHANNIS ZACHARIÆ HEMPII,
Sereniſſ. Elect. Saxon. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-547679-p0004-3

AB 180007

ULB Halle 3
002 378 078

Sb.

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-547679-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-547679-p0008-6

134

# NÆNIA

ſuper

## OBITUM

*Viri Clariſsimi, Ampliſsimi, Conſultisſimiq;*

# DN. ANDREÆ C

…ti Celeberrimi, Civitatisq; Torg. Con…

Dignisſimi Meritisſimiqve;

*Ipſo Exſeqviarum die, qvi erat 27. Januar. Anni Dionyſiani 1…*

Conteſtandi affectus decantata

à

## PETRO-PAULLO NITZSCH…

PASTORE p. t. NEIDENSI.

…melos, Parnaſſia Numina Muſæ!
…nc Charites! Nænia mœſta ſonet!
…is enim Caſus miſeratus acerbos
…, & lacrumis ora genasq; riget?
… Viros Magnos ſuſtollit, & orbat
…iliis civica membra ſuis.
…n Conſus ſucceſſibus auxit,
…ro tempore haberet opem.
…o non præſtantior alter,
…en, Patria Torga, tuum!
… qvo CONSULE faſces
…oncio ſacra Patrum.
…publica ſenſit apertè,
…um triſtis abeſſe dolet.
… Cordato pectore Ulyxes;
…, Neſtor ab ore FUIT.
…oſtris demſiſſet ab annis,
… reparata foret!
…VIRO crudelia Parcæ
…idas abſtinuêre manus.
…, hic funeris ordo eſt;
…vivere Morta vetat.
…des, nil Dædala Pallas
…, dum furit illa, poteſt.
…CONJUX pia pectora tundens
…CONJUGE fata gemit.

Ingemit ut Tu…
Et pede t…
Laudati GEN…
Cuilibet …
Cara ſui Prol…
Stamina …
Conſulis hos …
Cumq; p…
Parcite ſed lac…
Manibus …
Ille etenim V…
In Paradi…
Vita hîc trans…
Expers M…
Aſtrimicos int…
Longè t…
Gaudia mille …
Fit ſatur…
Felices, qvibu…
Ocia, ſi…
Sic Funus Foe…
Gaudia …
CONSULIS i…
Æternùn…

*TORGÆ,*
Typis JOHANNIS ZACHARIÆ HEMPII,
Sereniſſ. Elect. Saxon. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-547679-p0009-4